



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 109. Facultatis Theologicæ judicium de indulgentiis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

**Sæcul. XVI.** Stenon urbem tam strenue tuebatur, ut Christiernus obsidionem solvere compelleretur, factumque temporis iniquitate, ut ejus fuga haud levibus obnoxia esset periculis, cunctaque ipsi necessaria deficerent: hinc Stenon Regi, quamvis hosti suo, annonam tamen, atque omnia ad trajectum requisita generoso animo suppeditavit. Hæc tanta adversarii sui magnanimitas Daniæ Regis animum frangere, pacisque consilia inspirare videbatur, unde Stenonem ad litus descendere rogabat, cum eo hac super re collaturus. Jam jamque Stenon eo se conferre parbat, cum Sueciæ Proceres eum hortantur, urgentque, ne homini adeo crudeli, quem nec honor nec data fides in officio contineret, vitam suam committeret. Stenon horum monitis cedens nonnisi quosdam nobilitate conspicuos ad Christiernum ablegavit, qui aut pacem aut inducias cum eo pacifcerentur. Verum Christiernus hos omnes in Daniam captivos abstraxit.

## §. CIX.

*Facultatis Theologicæ judicium de Indulgentiis.*

*Argentre  
collect. Judic.  
t. 1. p. 355.* **C**um interim eorum, qui indulgentiis abutebantur, pravitas non raro quantum propositiones doctrinæ fidei adversas

fas effutiendi occasionem præberet; Fa- Sæcul. XVI.  
 cultas Theologica Parisiis apud S. Ma- A.C. 1518.  
 thurinum die sexta Maji Anno Domini  
 millesimo quingentesimo decimo octavo Ex Regist.  
 conventum habuit, ibique duas proposi- Cens. Facut.  
 fol. 171.  
 tiones de sacri belli indulgentiis examini  
 subjecit, earumque unam censura per-  
 strinxit, alteram approbavit. Prima his  
 concepta erat verbis: *Si quis Cruciatæ  
 Gazophilaciis testonem (\*) , vel ejus valo-  
 rem pro anima in purgatorio detenta impo-  
 nit, illam protinus e flammis eripit, atque  
 ejusmodi anima infallibiliter cælum ascendit.*  
*Hinc si quis decem testones pro decem, imo  
 mille pro mille animabus elargitur, omnes  
 confessim, & absque dubio gloriam conse-  
 quuntur. Hæc propositio, inquit Facul-  
 tas, est falsa, scandalosa, suffragiorum pro  
 Defunctis subtradiva, tenorem Bullæ Cru-  
 ciatae excedens, & si fuit prædicata, fuit  
 temerarie asserta, & pro conscientiarum  
 quiete revocanda.*

Altera propositio primæ omnino con-  
 traria, atque per Facultatem approbata,  
 hujus erat tenoris: *Certum non est, quod  
 passim omnes animæ purgantes, pro quibus  
 ad Cruciatæ arculam decem Turonenses so-  
 lidi reponuntur, protinus & abs dubio ad*

Cc 5                    cælum

(\*) *Est moneta Italica imperialis, quæ tri-  
 um Juliorum, vel in nostra moneta medii fla-  
 reni valorem adæquat.*

*Sæcul. XVI. cælum evolent: id enim potius relinquendum  
A.C. 1518 est Deo, qui thesaurum Ecclesiæ ejusmodi  
animabus applicatum, prout ipse vult, ac-  
ceptat. Hæc propositio (ita declarat ea-  
dem Facultas) est vera, Doctoribus divi-  
ni, & humani juris consona, pietatem fo-  
vens fidelium, & tenori Bullæ Cruciatæ  
*Dupin. Bibl. non aduersa. „ Hac via, inquit Dupi-  
Script. Eccl. „ nus, Parisiensis Facultas Theologica  
t. 13. Sæcul. „ XVI. p. 211. „ prudenti remedio obviabat Scandalo,  
„ quod indulgentiarum abusus eo tempo-  
„ re inducebant, quo Lutherus sub cor-  
„ ruptelæ obtentu illas damnare, atque  
„ adversus eas tumultuari ausus est. „**

## §. CX.

*Infaustum Adriani Cornetani Cardi-  
nalis fatum.*

**C**ardinalem Adrianum Cornetanum cum Petruccio in Leonis Papæ vi- tam conspirasse supra meminimus; hic quidem obtinuit delicti sui veniam a summo Pontifice, ea tamen lege, ut decem aureorum millia multæ nomine penderet: Adrianus autem veritus, ne Papa hac poena haud contentus con-cessam vitæ gratiam revocaret, ineunte hoc anno aliena Messoris veste indutus noctu Roma excessit, qua tamen via, & ad quem locum sese receperit, igno- ratur, nec illo abhinc tempore, quæ fata